

nu. 16. Nicol. Genua de script. privat. lib. 3. c. 49. & in addit. ad lib. 3. §. de literis officiosis seu reverentialibus pag. 52. ratio huius est, quia in his casibus nec animi deliberatione consensus, aut voluntas datur, ut si quis per iocum quid pollicitus fuerit, nam ex defectu animi non oritur obligatio, l. obligationum substantia §. fin. ff. de actionib. & oblig. 15
 5 Parladorus lib. 2. rer. quot. cap. 3. num. 40. plurima enim adulationis causa dicunt homines, quæ non sunt ita ut sonant: sic quoties blandiri alicui volumus fratrem appellamus, ut Quintilianus inquit declamat. 321. & ex tali nominatione fraternitas nullo modo probatur, l. nemo, §. qui frater, ff. de heredib. instit. Stephanus Gratianus disceptat. forens. cap. 135. nu. 41. Mascardus de probat. conclus. 411. num. 5. Castillo lib. 6. controv. cap. 123. num. 5. Sic quoque Imperator Alexander patrem nominavit Vlpianum in l. Divi. 4. C. locati, & multi in vita heredes instituere promittunt aliquos, quibus in morte nec minimam rem legarunt. Et ita verba, quæ per iactantiam dicuntur, & maximè quæ referuntur in

tempus futurum minimè probat, ut textus est in l. fin. ff. de hered. instituend. quia in illis nec animi deliberatio, nec simplex voluntas datur. Socinus Senior conf. 86. num. 4. lib. 3. Menochius ubi supra nu. 50. Nævius in sistema ad d. l. fin. num. 1. Mantica de cōiectur. ultim. volunt. lib. 4. tit. 4. num. 1. 2. & 3. Nigreix. de confect. testam. lib. 1. cap. 8. nu. 2. ad cognoscendam autem deliberationem considerata omnino sunt conditio personæ loquentis, locus, tempus, ipse loquendi modus, & apud quas personas quis loqueretur, ut doctè satis, & acutè exponit Menochius d. casu 496. ex num. 43.
 19 Secundo ut perfecta probetur voluntas testantis, debent testes deponere de actu testandi, nempe quod testator in effectu testatus fuit verbis de præsentis, non de futuro, d. l. final. ff. de hered. instituend. ibi: Eius bona, qui se Imperatorem futurum heredem iactaverit, à fisco occupari non possunt, ubi notandum est, verba fuisse iactatoria, & futuri temporis, & idè ex eis non probari institutionem. Antonius Gomez in l. 3. Tauri num. 115. & 116. Azevedus in l. 1. tit. 4. lib.

lib. 5. Recop. num. 79. & 80. Capicius Lacro decis. 140. lib. 2. num. 13. ubi quod articulare, & probari debet, quod in effectu testatus fuit Rota novissim. decis. 173. nu. 6. Guzmá verit. tur. 15. num. 19. Marta de success. legali part. 4. q. 7. art. 1. num. 12. ubi quod imperfecta erit voluntas, si schedula patris scripta sit per verba futuri temporis. Et quod in effectu testatus fuit rectè probabitur, si concludant testes dixisse testatorem se velle testari, & quod sic de substantia vel patrimonio disponebat, & disposuit, quia verbū volo probat dispositionem ex referendis infra cap. sequent. Et quia verbum disponere propriè pertinet ad ultimam voluntatem, §. fin. Instit. quib. ex causis manumit, non lic. Aut. ent. de nuptijs, §. disponat. collat. 4. Mantica de coniect. lib. 1. tit. 3. num. 9. Afflictis decis. 370. Franchis decis. 607. 20
 Rota decis. 829. num. 1. in novissim. non vid. m. v. 21
 Tertio denique ut voluntas perfecta concludatur articulare debet, quod testator in ipso actu testandi dixit, & disposuit omnia, quæ ipse voluit pro tunc nihil aliud dicturus, nam in hoc consistit

perfectio voluntatis. Et sic testes, cum ex illorum dictis publicari debeat testamentum, tres articulos deponere debent: primum, quod testator habuit animum deliberatum testandi, quia ita declaravit, & ad hoc testes vocavit, secundum, quod in effectu fuit testatus per verba apta de præsentis, tertium, quod in actu testandi expressit omnia, quæ voluit, nulla alia pro tunc dicturus. Et liis probatis rectè testamentum poterit publicari. Et dicta procedunt, si testator nuncupativè testatus fuit sine scriptura, si tamen cum illa decessit, sed non est perfecta, & solemnis propter impedimentum, articulare debet, quod testator dixit omnia, quæ voluit, sed non perfecit in forma requisita testamentum, quia non potuit propter impedimentum, quod illi supervenit.
 22 Si tamen imperfectam fuisse testantis voluntatem quis intendat probare ex hoc capite, quod non expressit, & dixit testator quæcumquæ voluit in testamento: testes dicere debent, & cōcludere, quod voluit testator in actu testandi aliquid de novo dicere, quod ob
 R im-

impedimentum superveniens non dixit, & expressit. Et animadverto hunc solum articulum concludendum esse, quia tantum imperfectione, quae provenit ex hoc capite describo. Scio etenim imperfectam esse voluntatem imò voluntatem non esse, si testator coactus fuit ad testandum, aut iocose locutus fuit, aut verba dispositiva non protulit, sed hic tantum nobis atinet articulum praedictum 24 disputare, in quo non est necesse altera articulare, & probare ad differentiam primicasi iam traditi, quando scilicet voluntatem perfectam intendit quis probare, & testamentum per testium depositiones condere, & publicare, quia ibi ad valorem dispositionis animus, effectus, & perfectio articulanda, & probanda sunt, cum omnia deficiant, & minimè constet, quando scriptura confecta non fuit, hic autè ad destructionem testamenti ex hoc capite alia articulare ociosum foret.

23 Sed magis ad punctum, & rem deveniendo poterit dici testes concludere imperfectam voluntatem si dixerint, quòd testator antequam incœpisset

testamentum explicavit, quae volebat agere, & postea ob impedimentum omnia quae dixerat non egit, quia verba prius prolata probant qualis fuerit intentio disponendi. *l. Lateo, §. idem Tubero, ff. de supel. leg. & ex verbis prolatis arguitur animus disponendi. l. Fulcinius, §. quid si latitare ff. de doli exception. & ex praecedentibus cognoscitur animus respectu subsequentiū. Gloss. 2. in l. apud Iulianum in princip. ff. de doli except. Baldus in l. cum proponas nu. 2. in fine, C. de bonis authorit. iudic. possid. maximè si in praefatione dictum sit, quia mens disponentis declaratur ex praefatione, l. cū pater, §. dulcissimis, & ibi Gloss. ff. de legatis 2. l. itè quia, §. fin. ff. de pactis. Bartolus & ceteri in l. fin. ff. de hered. instituend. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. quæst. 1. art. 7. nu. 6. latissimè Castillo lib. 4. cap. 47. per totum, maximè ex nu. 182. cum seqq.*

25 Verum his non obstantibus non erit tunc imperfecta voluntas, sed tantum eo in casu quo probetur in ipso actu testandi velle testatorem alia exprimere, & non potuisse, nam probatio imperfectionis con-

concludere debet per necessè. Nec sufficiunt tractatus praecedentes ipsi adit testandi, quia multoties testes non retinent voluntatem, quam explicarunt in tractatu. Cephalus conf. 294. nu. 39. Menochius conf. 96. num. 97. lib. 1. Castillo lib. 5. cap. 74. fol. 27 120. col. 2. & lib. 4. cap. 21. num. 73. cum seq. ubi citat Alexandrum, Decium, Baldum, & Prætis, Gratianus cap. 550. n. 49. Ruinus conf. 15. nu. 19. lib. 2. est trita regula, quod multa tractantur, & dicuntur, quae postea non fiunt, l. si voluntate, C. de rescind. vendit. l. sciendum, §. dictum, ff. de adilitio edicto, l. eleganter in princip. ff. de condit. indebiti. l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minoribus. Burgos de Paz in l. 3. Tauri 1. part. nu. 224. Menochius de Arbitrarijs lib. 2. casu 470. Magdalenus de numero testium part. 2. cap. 5. num. 13. Mascardus conclus. 617. Noguero allegat. 26. num. 68. D. Iosephus Vella lib. 1. dissert. 12. nu. 62. in terminis quaestionis ultra Burgensem Capicius Latro decis. 140. num. 5. lib. 2. quinimo nec sufficit probare, quòd in principio condendi testamentum testator dixerit se velle aliquid facere, quod postea

non legatur in testamento, quia potuit dum conderet testamentum mutare voluntatem, l. si testamentum, C. de instit. & substit. Craveta conf. 147. nu. 6. Petrus Surdus conf. 258. num. 19. Menochius conf. 224. num. 20. Curtius Iunior conf. 12. num. 2. lib. 1. Gratianus ubi supra num. 50. cum seqq. ubi n. 54. inquit, quod non sufficit probare, quod testator volebat aliud dicere, sed probari debet, quod aliud volebat addere testamento, cum posset velle dicere aliquid diversum à materia testamenti, & probatio debeat concludere per necessè. Vnde si testator reservavit aliquid dicendum in testamento, non est imperfecta dispositio, ex traditis supra cap. 9. nu. 7. sed tantum in casu quo probetur voluntatem continuandi eodem tempore, & actu, quod equidem probabitur, si testes dixerint cœpisse testatorem condere testamentum, & dum aliqua disposuisset, cum ad altera versaretur, non potuisse ob impedimentum: ut si plenè non nominavit heredes, quia inquit, volo quod sint mei heredes, & obmutuerit, vel unius tantum nomen expressit, cum plures

optasset haeredes instituere; vel si clausulam aliquam non perfecerit; vel inceperit aliam his verbis *item volo*; vel aliqua cum disponderet non declaravit in totum, ita vt non perficeret orationem, & his similia, quæ iudicis arbitrio relinquuntur.

28 An testes debeant esse concordēs, non solum in substantia facti, sed etiam in formalibus verbis testatoris disputant aliquid; & quod concordare debeant in verbis etiā, arguitur ex eo, quia varietas arguit testes non fuisse præsentes omnibus, quæ testator dixit; & etiam quia testes debent omnes deponere de tota dispositione testatoris, nec sufficit eos tantummodo partem recitare. Alexander *conf. 177. vol. 2.* D. Francis

29 ciscus Hieronymus Leo *de conf. Valent. 40. lib. 3. num. 94. cum sequentibus.* Et non probatur tenor testamenti per testes, quorum vnus deponit plus altero, vt vnus de vna parte testamenti, & alter de altera. Baldus *in l. cum antiq. quitas num. 5. C. de testamentis.* Ruinus *conf. 14. num. 2. vol. 2.* Grassus *receptar. sentent. S. testamentum quest. 59. num. 2.* qui resolyunt, quod si vnus testis

dicat plus vel minus nõ probatur testamentum etiam in eo, in quo omnes testes sunt concordēs. Et ita omnino concordēs debere esse, non solum in substantia, sed etiam in formalibus verbis testatoris, & in corticè verborum tenent Antonius Faber *in suo codice lib. 6. tit. 20. deff. 15. & lib. 6. tit. 2. deff. 2. & lib. 5. tit. 6. deff. 8.* Antonius Gomez *in l. 3. Iauri num. 49. & 50. Capra conf. 75. num. 18.* Ioseph. Ludovicus *decis. Lucens. 53. num. 27.* Farinacius *quest. 64. num. 67.* Decius, Hondedeus, Franciscus Marcus, Antonius de Butrio, Abbas, Tepatus, & Ioannes Franciscus de Ponte relati per Cancerium *lib. 1. var. cap. 4. num. 85.* Fontanella *decis. 578. nu. 12.* Andreolo novissimè, *5. p. controu. 346. n. 15.*

30 Contrarium tamen, & quod sufficiat, quod testes sint concordēs in substantia facti tenent Riminaldus Senior *conf. 549. vol. 3.* Corneus *conf. 77. nu. 6. vol. 4.* Flores de Mena *var. q. 1. n. 57.* Ciriacus *controu. 407. nu. 155. & 219.* & probatur ex eo, quod testes qui per eundē, & præmeditatu sermonē dicunt, suspecti sunt de fide, Argum. *l. 3. §. 1. ff. de testibus.*

Sed

31 Sed veritas est, quòd vbi testes inducuntur ad probandum, quod testator dixerat 32 talia verba determinata, debent concordare in substantia, & in verbis formalibus. Sic Stephanus Bertrandus *conf. 112. vol. 1. num. 11.* Hondedeus *conf. 16. numer. 26. lib. 2.* Mascardus *de probationibus concl. 1381. numer. 9.* vbi verò pars non formalitatem verborum, sed substantiam facti attendisset, sufficit, quod testes concordent in substantia licet in verbis discrepent; quod censuisse visus est Farinacius *d. quest. 64. num. 68. & 69.* Riminaldus *conf. 549. vol. 2.* Bertrandus *d. conf. 112. nu. 13. vol. 1.* Corneus *conf. 77. num. 6. vol. 4.* Magonius *decis. Lucens. 32. nu. 48.* Hieronym. Gabriel *conf. 42. num. 3.* Ioan.

Franciscus de Ponte *conf. 39.* Ciriacus *vbi supra.* Guzman *verit. iur. 15. num. 36. & 37.* Cacerius *vbi supra. nu. 89.* vbi nu. 90. addit, quòd vbi discordia inter testes esset minima neutro casu noceret, vt per Iasonem *in l. 2. num. 17. C. de bonor. possess. secund. tabul.* Felinum *in cap. cum tu de testib.* Grammaticum *conf. civil. 50. num. 30.*

33 Ultra quod in casu necessitatis, & in testamentis privilegiatis, in quibus suppletur solemnitas, probatio membratim fieri potest, vt in actibus inter vivos, & ita validum erit testamentum, quamvis testes vni deponant de vna parte illius, & alteri de altera. Menchaca *de succession. creat. lib. 3. §. 24. num. 85.*



R3 CAP-